UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor, Coordinatus, Seu Omnes ...

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

108. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Bichio, incausa Albingamen. Præcedentiæ. Veneris 29. Iunii 1652.

urn:nbn:de:hbz:466:1-76432

Visual Library

ſpontaneam excludere, vt in puncto celebrationis Miſſæ;aduertit Modern. Carpenſis *controu.for.cap.38. n.22.& ſeqq.* Conſonat aliud decretum Capitulare ſub die 17. Septembris eiuſdem anni; Mandans, quod in hiſce feſtis ſeruetur Turnus: ponderando verbum *ſeruetur*, quod indefinitè prolatum in re de ſui natura tractum ſucceſſiuum habente iniungit onus:ſic perpetuò faciendi Fel. *in cap.2. n.5. fall. 2. & 5. de tregua, & pace*, Cyn. *in l. ſi quis hæredem nulat 2. verſ. nam quidem C. de inſtit. & ſubſtit.* Iaſ. *in l. ſi ab arbitrio ſub num.15. verſ. ſecundo, & fortius ff. qui ſatis d.cog.* Ang. *conſ.34.n.9.* Rot. *deciſ.677.n.2.p.1.diuerſorum:* Turnus autem ex Eccleſiæ inſtituto non cadit niſi inter Canonicos,qui proindè per ſeipſos canere debent, Garz. *de benef.part.3.c.2.n.495.*

5. Nec obſtat quod in vtroque decreto detur Canonico exiſtenti in Turno poteſtas non celebrandi, aut canendi, ſi nolit; nam præter quod vnus ex Dominis animaduertit. Intelligendum hoc eſſe de voluntate legali iuxta boni viri arbitrium:hoc eſt, ſi legitimo impedimento detineatur,vt in fortior.term.Guttier. *conſ. 1.num.11. verſ. & prædicta.* Barbat. *conſ.33. numer.8. verſ. quia ad hoc reſpondeo lib.2* Garz. *de benef.part.3. cap.2. num.* 504. & alij quos ad rem noſtram allegat Modern. Carpen. *dict. cap.38. ſub numer.27.verſ. verum, & num.*28. non rectè à libertate conceſſa Turnario infertur, quod omnes Canonici poſſint recuſare;dùm vltrò diſponitur quod eo recuſante; Turnus ad alios tranſeat: quia ſtant ſimul quod actus reſpectu Canonici Turnarij ſit voluntarius, neceſſarius verò reſpectu totius Capituli; in quo reſidet formale onus canendi: ſolumque Turnus diuidit in ſingulos Canonicos eiuſdem oneris exercitium; vt ex doctr. Bart. *in l. inter tutores numer. 16. ff. de adminiſt. tut.* tradit in termin. Turni inter Canonicos Lotther. *de re benefic. lib.2. quæſtion. 21. & 29. & dixi.* Rot. *penes Seraph. deciſion.980. numer. 10. & 11. in Montis alti beneficij 15. Decembris* 1645. §. *& additur coram me.*

6. Eò magis quia decreta; arbitrium nolendi tribuunt quidem exiſtenti in Turno, ſed in hac parte non loquuntur de aliis Canonicis immediatè ſequentibus; imò explicitè mandant,quod ad illos Turnus tranſeat: ibi, *Canonicum ad quem ſpectat Turnus, & eo non acceptante tranſeat Turnus ad alium immediatè ſequentem. Summ. Promot. num.6.* nec non quia emanarunt non ad minuendam Capituli obligationem; ſed augendum, diffundendumque illius emolumentum, ac exercitium in omnes Canonicos, cum prius illi ſolum participarent; quos fundatores feſtorum inuitaſſent: vt deponit, Quartus teſtis dicto Sum. *num.* 4. quam obligationem Capitulum agnouit etiam in alio decreto anni 1650. vbi inhærendo decretis anni 1603. vbi faciliùs obſeruentur neque ex parte Capitularium deficiat ſeruitium ibi: *per facilitare, che non ſi ſia mancamento de Signori Capitulari, che officiano in detti giorni.* Conſtituit vt vltra ordinariam diſtributionem alia extraordinaria celebrandi Miſſam, & canenti Euangelium ſoluatur à menſa Capituli Sum. *num.* 7. Neque enim Capitulum propriam menſam extraordinaria diſtributione grauaſſet, pro adimplemento huius ſeruitij niſi ad illud teneretur, & verbum illud *mancamento*, ſupponit præexiſtentiam debiti, cum deficere in adimplendo non dicatur qui non debet *l. non intelligitur 3. §. multa, ff. iur. Fiſc. lib. amiſſione 5. §. primo, ff. cap.* Gemin. *l. Canus. 11. in fine ff. vſur. l. ſi extraneus 34. in principio ff. iur. dot. l. non videntur 84. l. non poteſt videri 100. l. non poteſt videri 209 ff. regul. iur.*

7. Quod etiam demonſtrant tum fundationes harum feſtiuitatum, in quarum aliquibus aſſignatur certum emolumentum Canonico canenti Euangelium, Sum.Promot. *num.* 2. aliæ fuerunt à Capitulo acceptatæ cum onere ſolitæ ſolemnitatis: quod perneceſſè intelligitur cum cantu Canonici vt explicant Teſtes Summ. ibid. *num.4. in fin.* vt propterea Capitulum ab onere acceptato recedere non valeat vt in proxim. term.ratiocinatur Rot. *apud Peniam deciſ.146. num.1. & 2.* Tum ſubſequens obſeruantia probata ex pluribus teſtibus, quorum ſignanter quintus examinatus ad inſtantiam Promotoris Sum. *num.*4. eſt ætatis 80. annorum, & deponit quod ſpatio 66. annorum in quibus beneficiatus eſt Eccleſiæ huius Cathedralis, ſemper vidit Euangelium in his feſtiuitatibus cani à Canonico, necvnquam vidit, quod alius non Canonicus cecinerit, id quod in teſte veriſimiliter informato quia beneficiatus eſt, includit negatiuam coarctatam, licet non ſubdat aliter fieri non potuiſſe, quin ſciuerit, Aretic. *in cap. cum cauſam num.37. de teſtib.* Pariſ. *conſ.162. num.14. lib.4.* Farin. *conſ.151. nu.18. add. ſanct. memor. Gregor. XV. dec.325. num.27.* Cùmque omnes teſtes Promotoris deponant de obſeruantia longi temporis hæc ipſa in re diuinum cultum reſpiciente obligationem Capituli nedum probat, ſed quatenus opus ſit ex integro parit fauore Eccleſiæ Felin. *in cap. ad Apoſtolicam num. 3. de Simon. port.* Abb. *in cap. ſuam numer. 9. eodem tit.* Guttier. Canon. *quæſt. lib.2. quæſt.21. numer.114.* Caſſad. *deciſ. vnic. numer 2. & 5. de conſuet.* Rot. *deciſ. 360. ſub numero ſeptimo verſic. vltra quod part.1. recent. deciſ.143. num.5. deciſ. 1135. n.2. & 3. coram Pœna*, vbi ſubditur omnes affirmare quod ſufficiat continua præſtatio decem annorum:eò facilius ad obſcurandam qualitatem voluntarij; ſeu facultatiui, quæ ob actuum multiplicitatem non præſumitur Add. *ad Gregor. XV. deciſ.162. numero 15. ante fin. verſic.2. excluditur, & verſ. 3. vbi agitur* Cæſar de Graſſ. *deciſ.1. num.3. de cauſ. poſſ. & propriet.* Seraph. *deciſ.212. num.2. deciſ.323. n.4. cum aliis relatis à Modern.* Peruſ. *de manut. obſeru.53. numer.20. & ſeq. vbi refert quod exinde acquiritur poſſeſſio manutenibilis.*

8. Hanc ipſam obſeruantiam probant teſtes Capituli non attento quod deponant de duobus actibus contrariis,qui cum dederint cauſam liti, non merentur attendi Giouagn. *conſ.28. n.38. lib.2.* Lancell. *de attent. part.2. c.4. limit.1. num.111. & ſeqq.* Rot. *coram ſanct. memor. Gregor. XV. deciſ.4. num.2.* provt attendi non meretur, quod ſemel aut bis canente Miſſam Canonico, cecinerit Euangelium non Canonicus: quia extiſtunt declarationes Sacræ Congregationis Rituum relatæ à Barboſ. *de Canon. & dignit. cap.34. ſub n.7.* idque factum credere pium eſt ob legitimum aliquod impedimentum, vt in prax. term. pondetat Modern. Carpen. *controu. c.38. n.47.*

9. Quæ omnia vt ſuprà dicebatur, Domini non attulerunt ad effectum aliquid decernendi in petitorio, ſed ſolius ſummariiſſimi poſſeſſorij, quod leuiores probationes admittit ex allegat. *in dec.396. n.1. dec.147. n.2. dec.626. n.2. int. impreſſ. poſt tractat.* Modern. Peruſ. *de manut.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

DECISIO CVIII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R.P.D. Bichio.

In cauſa Albinganen. Præcedentiæ.

Veneris 20. Iunij 1653.

§. 1. ATtendatur diſpoſitio iuris communis, ſiue Conſtitutio fæl. record. Greg. XIII. relata per Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg. 78. n.32. & per Modern. Hiſpanum*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hiſpanum de exempt. regul. dub.368. nu.1 præcedentiam, ac digniorem locum in proceſſionibus publicis, ſeu priuatis, ac aliis functionibus deberi in Terra Tabiæ Confraternitati Confalonis ſub inuocatione SS. Fabiani, & Sebaſtiani in concurſu Confraternitatis Sanctiſſ. Trinitatis, deciſum hodie fuit præuia particularis dubij geminata diſcuſſione.

2. Ius enim commune digniorem locum tribuit antiquiori can. ſtatuimus, vbi gloſſ. verb. noui diſtinct. 61. l. 1. Cod. conſtl. lib. 12. l. fin. Cod. Tyronib. eod. lib. Thob. Nouius conſ. 71. n. 35. Rot. dec. 718. n. 1. part. 4. diuerſ. & in Oppiden. proceſſionum 18. Maij 1646. coram R. P. D. meo Veroſpio, ac digniori, cap. ſtatuimus de maior. & obed. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 4. c. 14. n. 29. & ſeqq. vbi allegat. concord. Rot. deciſ. 138. num. ſecundo par. prima recent.

3. At Confraternitatem Confalonis eſſe antiquiorem concedunt teſtes aduerſariæ, ac probant examinati ad inſtantiam huius Confraternitatis, necnon publicum inſtrumentum fundationis, & approbationis obtentæ ab Ordinario de anno 1454. vt in Sum. nouo n. 1. Digniorem vero demonſtrant, tum inceſſus, de quo infra dicam Prioris huius Confraternitatis ad dexteram prioris aduerſariæ c. ſolitæ de maior. & obed. gloſſ. in l. decernimus verb. reſidendi. Cod. ſacroſan. Eccleſ. Tiraquell. de primogen. in præfat. n. 13. & ſeqq. Grat. diſcep. 106. n. 40. Bobadill. politic. par. 1. lib. 2. c. 17. n. 12. Tum probata per teſtes communis hominum opinio, quæ in hac materia attenditur, vt ex tex. in l. Athletas, §. 1. ff. his, qui notan. infam. & in l. 1 ff. flumin. cap. cum olim de conſuetud. tradit. Vaſq. in præfat. ad q. Illuſtr. n. 85. Grat. diſcept. 111. cum 74. & ſeqq. Caſtill. de Tert. Reg. c. 41. n. 38. Buratt. dec. 483. n. 13.

4 Tum vſus iubendi aduerſariæ in functionibus publicis præire ſatagenti, vt ſiſtat cum ſucceſſiua aduerſariæ obedientia, & aquieſcentia, de qua deponunt primus, ſecundus, quartus, & quintus teſtis dati in primo ſum. Confalonis ſub n. 8. hoc enim ſuperioritatem demonſtrat gloſſ. in c. olim lib. 3. de reſtit. ſpoliat. Alber. in diction. verb. maioritas attenditur. verſ. item in obediendo. Bald. in l. 2. ſub n. 79. verſ. 2. caſu Cod. ſeruit. & aqua. Alex. conſ. 43. n. 3. lib. 2 Vrſil. ad Afflict. deciſ. 301. n. 4. Merlin. dec 461. n. 6. & ſeqq. Tum diuerſitas in modo conuocandi; nam ad id pro aduerſaria adhibetur campana parua, pro alia vero magna, quæ ſicuti dignior eſt illa ex alleg. per Barboſ. in c patentibus n. 5. circa fin. de priuileg. arguit digniorem eſſe, quem conuocat, non ſecus, ac dignior dicitur, quem dignior inſtituit data in cęteris paritate. l. 2. ff. alb. ſcriben. gloſſ. in c. 1. verb. maior. & in cap. per tuas, verb. Subdiaconus, de maiorit. & obed. Decian. reſpon. 19. n. 211. lib. 3. Menoch. conſ. 126. n. 33. & ſeq. conſ. 902. n. 17. Boer. de auth. magn. conſ. n. 81. cum aliis alleg. à Moder. Hiſpan. de præceden. q. 1. n. 20. Tum tandem infra ponderanda poſſeſſio præcedendi, Felin in rubr. de maiorit. & obed. d. 10. aliique relati à d. Moder. Hiſpan. de præced. q. 17. ſub n. 1. verſ. & tales dicuntur. Rot. deciſ. 456. d. 12. part. 1. recent.

5. Non obſtat, quod de prædictis deponant teſtes, qui ſunt Confratres ipſius Confraternitatis Confalonis, ac proinde ad eius fauorem non mereantur fidem; præſertim in re magni honoris, Bald. in cap. cum Nuncius n. 1 ad fin. de teſtib. Felin. in cap. inſuper n. 6. eod. tit. Rot. dec. 136. n. 1. par. 1 recent. Quia obiectum procederet, ſi exinde emolumentum aliquod, vel honorem, vt ſinguli reportarent: cum autem minimè reportent, quia vt ſingulis non debetur honor debitus vt vniuerſis, Præpoſ. in cap. concilia. §. Epiſcopum n. 3. diſtinct. 17. Grat. diſcept. 298. n. 46. & ſeqq. alioſque refert Moder. Matritenſis in ſumm. queſt. Regul. vol. 1. to. 2. c. 15. n. 3. plenè probant pro Confraternitate Bald. in d. c. cum inſuper. n. 3. de teſtib. Hond. conſ. 79. n. 39. & 40. lib. 1. & in ſpecie de Confratribus, Rot. dec. 290. n. 13. par. 5. recent. in Aconitana bonorum 13. Ianuarij 1645. §. quia etiam coram R. P. D. meo Meltio, & magis in puncto in Taurinen. delationis Baldachini 4. Iulij 1646. §. & licet coram Eminentiſſ. D. Card. Corrado: maximè quia ſupplentur ex numero, & adminiculantur ab inſtrumento antiquitatis, ac in aliquibus etiam à teſtibus ex aduerſo inductis plenè probantibus contra inducentem l. ſi quis teſtibus, Cod. teſtib. Surd. conſ. 590. d. 18. Mant. deciſ. 274 n. 1. verſ. & quod amplius.

6. Conſtitutio Gregoriana pariter ſuffragatur Confraternitati Confalonis, quia inter Confraternitates mandat præcedere eam, quæ eſt in quaſi poſſeſſione precedendi, vel hoc ceſſante, quæ prius ſaccis vſa fuit. Hanc vero Confraternitatem eſſe in quaſi poſſeſſione præcedendi probatur. Primo, quia in proceſſione alias facta ad Eccleſiam nuncupatam S. Mariæ dell'Alma, in qua mixtim vtriuſque Confraternitatis Confratres bini, ac bini incedebant, Prior, & Subprior Confalonis inceſſit ad Prioris, & reſpectiuè Subprioris aduerſariæ Confraternitatis dexteram, quæ dignior habetur, quia inde eſt localis motus principium, gloſſ. in l. decernimus verb. reſidendi. C. ſacroſan. Eccleſ. Caſſan. in Chatal. glor. mund. par. 3. conſider. 2. Pacian. de probat. lib. 2. c. 26. n. 0 Penia in puncto proceſſionum dec. 456. n. 4. & ſeqq. ſufficitque vnicus actus acquirendam quaſi poſſeſſionem præcedendi iuxta theoricam Rip. in cap. cum Eccleſia n. 91. & ſeqq. de conſtit. quam aliis allegatis ſequitur in terminis præcedentiæ Caſtill. de Tert. Reg. c. 41. n. 61. Xamar. de offic. Iud. & Aduocat. par. 1. qu 2. n. 69. Rot. in d. Taurinen. delationis Baldachini §. quia cæteris coram D. Card. Corrado.

7. Gratiſque dicitur priorem præceſſiſſe, quia Sacerdos erat, cum enim fuiſſet in Priorem electus, non vt Sacerdos, vt Confrater, proceſſioni intereſſet, hoc tantum nomine, non autem illo potuit præcedere. Abb. in c. auditis n. 4. de elect. Lanar. conſ. 88. n. 16. & ſeq. Ancon de Pret. de Iuriſ. Epiſcop. c. 6. nu. 55. inter tr. diuerſ. to. 13. par. 2. f. 367. Contilor. de præced. n. 20. & ſeqq. Grat. diſcep. 111. n. 14. Cancer. var. reſol. lib. 3. c. 10. n. 117. aliique relati à Modern. Hiſpano de præceden. q. 27. nu. 10. & 11. Rot. dec. 288. n. 2. par. 1. recent. & in d. Taurinen. delationis Baldachini, §. quia non agitur: præter quod in Subpriore qui ſimiliter præceſſit qualitas Sacerdotij non concurrebat.

8. Secundo quia vt affirmant cõcorditer teſtes vtriuſque partis occurrentibus occaſionibus proceſſionum, & vtraque Confraternitate illarum progreſſum expectatura manente in Eccleſia, Vexillum, & Confratres Confalonis ſteterunt in ea parte Eccleſiæ, quam reſpicit cornu Epiſtolæ, Confraternitatis verò aduerſariæ, in ea parte quam reſpicit cornu Euangelij, quod in his terminis cenſetur minus dignum. Nam vt habetur in Sacr. Cæremon. lib. 3. ſect. 2. c. 1. col. 4. in fin. verſ. hoc enim, ac tradit Paris de Craſſ. de Cæremon. Card. & Epiſc. c. 31. in princ. dupliciter conſideratur pars dextera in Altari, vno videlicet modo reſpectu ipſius Altaris verſi ad populũ, & ſic dexterum, ac dignius eſt cornu Euangelij, quia illuc dexteram protendit Crux in medio Altaris poſita, ibique legitur Euangelium, quod eſt dignius. Alio modo reſpectu Sacerdotis celebrantis verſi ad Altare, & ſic pars dextera eſt cornu Epiſtolæ, quia illuc tendit dextera ipſius Sacerdotis; atque hinc, ibi aſſiſtit Sacerdoti Diaconus, vt tradit Caſtald. in prax. Cæremon. lib. 1. ſect. 7. n. 8. & 26. qui eſt Subdiacono aſſiſtenti à parte Euangelij dignior. c. ſtatuimus, de maior. & obed. Petr. Gregor. Syntag. iur. lib. 16. c. 7. n. 4. Pariter cornu Epiſtolæ dicitur dextera habito reſpectu ad ingreſſum in Eccleſia, quia illud reſpicit pars dextera ingredientium, vt ſenſui patet.

Primus modus attenditur in iis, quæ ſunt quodammodo pars Altaris, & Presbyterij, & ab Altari regulantur, aut vertuntur ad populum. Eademque ratione

in

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in Sacris Conciliis, in quorum medio poni conſueuit Sacroſanctum Dei Euangelium, ad quod vultus omnium conuerſi eſſent, quia illud repræſentabat ipſum Deum ſiſtentem in medio Synagogæ, dignior pars cenſebatur, quam dextera ipſius Dei ſic repræſentati reſpiciebat; ita vt à dextris eſſent, qui habito reſpectu ad ingreſſum ſedebant à ſiniſtra, & è conuerſo à ſiniſtra qui ſedebant ad dexteram, vt notat *Card. Baron. Annal.t.3 ann.325.pag.2 3.litt.C.& t.6.ann.451.pag. 141.litt.C.Card.Bellarm.in controu.lib.1.de Concil.c.19. verſ.Itaque Seuerin. Binius in not. ad Concil. Nicenum to.1. Concilior.General.pag.314.ſub verſ.quibus Ordinibus.* Vnde etiam in omnibus conſeſſibus, pars illa eſt dignior, quæ eſt à Latere dextero perſonæ primariæ in medio, & conſpectu aſtantium ſedentis. *Ant. de Præt. de Iuriſd. Epiſcop.c.6. ſub n.56.verſ.ideo qui ſedet poſt gloſſam. Alexandrum, & Baldum ibi alleg.* Hæc autem omnia procedunt in conſenſu, & inter perſonas illum integrantes, ac per alias Ordinibus diſpoſitis ſe inuicem reſpicientes; diuerſa vero eſt ratio in progreſſu, vt ait *Baron. Annal.to.6.d.pag.141.litt.C.* ibi *alia in progreſſu, in conceſſu ratio alia attendatur.*

10. Cum igitur Confraternitates laicales nullam partem habeant in conſenſu Altaris, ac Presbyteri *c.1. vbi gloſſ.verb.ſecus Altare de vit.& honeſt.Cleric. c.Sacerdotum de conſecrat. diſtinct.2.Paruin. de Viſitat.par. 2.q.8.n 26. Gulielm. Durand. de mod. celebran.Concil. General.rubr.55. nu. 2.* Rot. *in Romana proceſſionis 6. Februarij 1625.coram S.D.N. & in Pampilonen.Scamni 16. Ianuarij* 1640. *coram bon. me. Card. Panzirolo;* neque in figura conſeſſus, ſed progreſſum expectantes ad Altare verſæ turmatim in corpore Eccleſiæ, cuius dexteram partem eſſe cornu Epiſtolæ tradit *Gauant.in Theſ.ſacr.ritu.par.2.tit.6.n.4.litt.X.pag.*101. maneant vti pars cæteri populi, cuius dexterum eſſe latus Epiſtolæ ait idem *Gauant.ibid.par.2. tit.7.ſub n.10. col.4. litt.D.pag.*113. ſequitur, vt illa Confraternitas fuerit in digniori loco, quæ ſtetit in parte collaterali cornui Epiſtolæ; præſertim, quia in loco Tabiæ cõmunis opinio, & exiſtimatio hominum in his materiis ex ſupra allegatis attendenda hæc eſt, vt deponunt teſtes, & comprobat vſus eiuſdem loci; nam ibi dignior pars Magiſtratus laicalis ſolemniter aſſiſtentis, qui dubio procul præcedere debet, ac manere in loco digniori quam Confraternitates, reſidet à cornu Epiſtolæ, quãuis locus à cornu Euangelij ſit vacuus, in eodem loco reſpiciente cornu Euangelij ſedeant alij minus digni, & ab vſu, ſeu conſuetudine præcedentias metiri debere tradit *Zabarell.conſ.62.n.1. ac dixit* Rot. *dec.* 288.*in fin.par.1.recent.dec.779.n.2.apud Merlin. & in Oppiden. proceſſionum* 18. *May* 1646. *coram R. P. D. meo Veroſpio in d.Taurinen.delationis Baldachini coram D. Card. Corrado.*

11. Tertio, quia in funeralibus, & aſſociatione cadauerum Confratres Confalonis Clero proximiores, quam aduerſarij inceſſerunt, qui locus dignior habetur, quia digniori vicinior eſt *l.1.Cod.præpoſit.labor.lib.12. c.perlectis 22.diſtinct.Caſſan.in Cathal.glor. mund. par. 4.conſider.75.verſ.mihi tamen.Boer.de auth.magn.conſ. n.79.verſ.quia in proceſſionibus. Pacian.de probat.lib.2. c.26.n.6.Ciriac.contr.201. n.154. in puncto funeralium Anton.de* Pret.*de* Iuriſd.*Epiſcop.ſup.cit.c.6.n.56. verſ. eo quia*, quamuis Vexillorum ante omnes regulares præeuntium illud aduerſariæ minus à Clero diſtaret: nam à Vexillo deſumitur dignioritas illud deferentis reſpectu alterius Collegij ſub eodem Vexillo incedentis, in quibus terminis loquitur *Decian.reſpon.67.nu.7. lib.2* vel quando cætera correſpondent, & paria ſunt, vt declarat *Ant. Capic.dec.27.n.46. in fin.* ibi *quoniam cæteris paribus.*

12. Nec dubitandum, quin à præcedentia in aſſociatione cadauerum quæſita fuerit poſſeſſio præcedendi in omnibus proceſſionibus, ſtante cauſa vniuerſali ſupra probatæ dignioritatis, & antiquioritatis, Bald. *in repet.l.1.n.24.verſ.iudic.Cod.emancipat. liber.Felin. in c.auditis.n.19.de præſcript.*Rot.*dec.139.n.12.par.2.diuerſ.& Romana locorum montium 4. Iunij* 1640. *coram recol.mem.Coccino Decano*, quam antiquioritatem Cõſtitutio Gregoriana poſſeſſori non abrogat Moder. *Hiſpan.de præceden.q.45. ſub n.12.verſ.circa prædicta;* licet ſecus eſſet ſi quoad alia eſſet aduerſaria in poſſeſſione præcedenti, vel præcedentia in aſſociatione cadauerũ emanaſſet ex aliqua particulari ratione, puta quia cadauer aſſociatum fuiſſet alicuius ex Confratribus alterius Confraternitatis, in quibus terminis loquitur *Merlin. dec.779. n.6. & ſeqq.* quod non probatur in caſu noſtro; imò teſtes deponunt vniuerſaliter de aſſociatione cadauerum, & aduerſaria in aliis functionibus non docet ſe eſſe in quaſi poſſeſſione præcedendi.

13. Nihil ad id ſuffragante, quod Confraternitas aduerſaria in aliis proceſſionibus præeunte Confraternitate Confalonis inceſſerit proximior Clero, quia vt ait *Pacian.de probat.lib.2.c.26.n.109. in fin.* dignior, aut præcedit, aut ſubſequitur ſecundum locorum conſuetudinem, ſed an locus ſubſequens fuerit aduerſariæ cõceſſus ex cauſa præcedentiæ, & an iuxta communem opinionem in Terra Tabiæ præcedentiam fauore aduerſariæ importet necne, diſcordant teſtes, & fides extraiudiciales hinc inde datæ, vt propterea actus huiuſmodi, ſaltem quia æquiuoci poſſeſſionem præcedendi aduerſariæ non tribuerint Rot. *dec.229.n.7. dec.333. n.6.par.recent.dec.46.n.7.apud Modern.Peruſin.de manut.* Eo minus cum teſtes affirment, quod Confraternitas Confalonis aduerſariam aliquando tentantem, præire coërcuit, & ſubſequi coëgit, quod ſi locus ſubſequentis dignior fuiſſet habitus, non feciſſet, nec aduerſaria acquieuiſſet, & per huiuſmodi acquieſcentiam aduerſaria, vel id implicitè faſſa videtur, vel ſaltem ſibi præiudicauit iuxta text. *in cap.ex ore, verſ. per hoc de his, quæ fiunt.à maior.par. cap. Abbate, verb.Abbatem Monachum de verbor.ſignific. Felin. in cap. paſtoralis n.5.de offic.ordin.Aym.de antiq.tempor.par.4. §.materia iſta n.81.Dec.conſ.206.n.7.verſ.vbi exhibens,*& in proximis terminis Rot. *in ſup.cit.Pampilonen.ſcamni coram Card.Panzirolo §.nec reuelat,verſ.imo aliqui.*

4. Fortius quia in dictiſmet proceſſionibus Confratres, & Vexillum Confalonis, dum in Eccleſia morabantur ſteterunt, vt dicebam in loco digniori, & in alia proceſſione facta ad Eccleſiam dell'Alma inceſſerunt ad dexteram aduerſariæ, gaudentque prærogatiua tum antiquioritatis, tum alius ſuperius ponderatis. Et quibus omnibus ita deciſum vtraque parte bis informante.

DECISIO CIX.

Sacræ Rot. Rom coram R. P. D. Bichio.

Romana fructuum dotis.

Lunæ 15. Ianuarij 1652.

§.1. EO quod ſententia Rotalis condemnans D. Marcellum Creſcentium ad reſtituendum Dominis Fuluiæ, & Mario de maximis ſcut.842.& 50. ex cauſa fructuum dotis ſoluto matrimonio per mortem Hortenſiæ vxoris decurſorum exacta, valida, & iuſta eſt, eam confirmandam eſſe in gradu appellationis ad me interpoſitæ DD. cenſuerunt.

2. Quod enim ſit valida ipſe appellãs non negat. Iuſta vero apparet ex optimè deductis in deciſione edita 21. Aprilis 1651.coram R.P.D.meo Cerro, in qua amplectendo opinionem communem Doctorum *in c. Salubriter, de vſur.latiſſima comprobatã, in dec.91.apud Fenſon.ad Stat.Vrb.*& paſſim à Rota receptam demonſtratur

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN